

- 105 quem qui scire uelit, Libyci uelit aequoris idem  
discere quam multae Zephyro turbentur harenae  
aut, ubi nauigiis uiolentior incidit Eurus,  
nosse quot Ionii ueniant ad litora fluctus.  
Nec uero terrae ferre omnes omnia possunt.
- 110 fluminibus salices crassisque paludibus alni  
nascuntur, steriles saxosis montibus orni;  
litora myrtetis laetissima; denique apertos  
Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi.  
aspice et extremis domitum cultoribus orbem
- 115 Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos:  
diuisae arboribus patriae. sola India nigrum  
fert hebenum, solis est turea uirga Sabaeis.  
quid tibi odorato referam sudantia ligno  
balsamaque et bacas semper frondentis acanthi?
- 120 quid nemora Aethiopum molli canentia lana,  
uelleraque ut foliis depectant tenuia Seres?  
aut quos Oceano propior gerit India lucos,  
extremi sinus orbis, ubi aëra uincere summum  
arboris haud ullae iactu potuere sagittae?
- 125 et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.  
Media fert tristis sucos tardumque saporem  
felicis mali, quo non praesentius ullum,  
pocula si quando saeuae infecere nouercae  
[miscueruntque herbas et non innoxia uerba],
- 130 auxilium uenit ac membris agit atra uenena.

## MV 117 desinit V

106 discere  $\epsilon\kappa\nu\chi\upsilon\epsilon\eta$ : dicere MV $\omega\gamma^2$ , *Colum.*, *Amm. Marc.* 31, 4, 6 (cod. V),  
*ps. Acro ad Hor. carm.* 1, 28, 1; cf. *georg.* 1, 351; *ud. etiam* 108 nosse tur-  
bantur dz, *Char.* 103, 23: triduntur *Amm. Marc.* 108 quod Vabvno $\gamma^2$   
121 depectat «alii» ap. *Seru.* (ita ut Seres pro singulari 'Ser' positum sit)  
122 propior  $\omega\gamma^*$ , *Seru.*: propior Mabvz $\eta\gamma^2$  124 haud] aut Mb $\epsilon\gamma^*\gamma^2$ ,  
*Probus* 260, 23 ullo *Non.* 241, 26 (sed ullae 418, 23) 125 non tarda] aut  
dura  $\gamma^*$  (corr.  $\gamma^{*1}$ ) 127 praestantius n, *Macrob.* 3, 19, 3 129 (= *georg.* 3,  
283) om. Mx, post Heyne secl. Ribbeck: habent M<sup>2</sup> (hunc u. erasit et denuo  
scripsit manus librario simillima)  $\omega\gamma^*\gamma^2$ , *Non.* 345, 19, interpretantur *Seru.*,  
*schol. Bern.* miscuerantque aetvze: miscuerintque fgis

- ipsa ingens arbor faciemque simillima lauro,  
 et, si non alium late iactaret odorem,  
 laurus erat: folia haud ullis labentia uentis,  
 flos ad prima tenax; animas et olentia Medi  
 135 ora fouent illo et senibus medicantur anhelis.  
 Sed neque Medorum siluae, ditissima terra,  
 nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus  
 laudibus Italiae certent, non Bactra neque Indi  
 totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.  
 140 haec loca non tauri spirantes naribus ignem  
 inuertere satis immanis dentibus hydri,  
 nec galeis densisque uirum seges horruit hastis;  
 sed grauidae fruges et Bacchi Massicus umor  
 impleuere, tenent oleae armentaue laeta.  
 145 hinc bellator equus campo sese arduus infert,  
 hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus  
 uictima, saepe tuo perfusi flumine sacro,  
 Romanos ad templa deum duxere triumphos.  
 hic uer adsiduum atque alienis mensibus aestas:  
 150 bis grauidae pecudes, bis pomis utilis arbor.  
 at rabidae tigres absunt et saeua leonum  
 semina, nec miseros fallunt aconita legentis,  
 nec rapit immensos orbis per humum neque tanto  
 squameus in spiram tractu se colligit anguis.  
 155 adde tot egregias urbes operumque laborem,  
 tot congesta manu praeruptis oppida saxis  
 fluminaque antiquos subterlabentia muros.  
 an mare quod supra memorem quodque adluit infra?  
 ane lacus tantos? te, Lari maxime, teque,  
 160 fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino?

**M** 139 *inchoat* **P**

131 arbor **aceikrstv**Λ (*praeter η*) γ\*γ<sup>2</sup>      136 siluae ditissima *coniungit Heyne*; at ditissima terra *appositiua adiunctio uidetur esse, quod schema non insolitum est Vergilio (cf. georg. 2, 97 'firmissima uina'; Aen. 3, 106 'uberrima regna')* terra] regna **M**<sup>A</sup>    148 at **MP** (*corr. M*<sup>2</sup>)    151 rapidae **Pbrtzy**\*, *Seru. codd. aliquot, Exp.*    152–168 *erasi sunt in γ\**

SERVII GRAMMATICI

QVI FERUNTUR

IN VERGILII BVCOLICA ET GEORGICA  
COMMENTARII

RECENSUIT

GEORGIUS THILO

1  
S. 100



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVNERI

A. MDCCCLXXXVII

hebenum' dicitur. hic neutro usus est, Lucanus vero ait (X 117) hebenus Mareotica vastos non operit postes. hebenus autem arbor est, quae caesa durest in lapidem.

119. BALSAMAQVE 'que' vacat, ut dixitque et proelia voce  
5 diremit. sane balsamum est arbor ipsa, opobalsamum sucus collectus ex arbore — nam ὀπός dicitur sucus —, xylobalsamum lignum ipsius arboris. probatio autem opobalsami, ut dicit Plinius, haec est, si contra solem feratur et corruptum non sit, manum ferentis exurit. SEMPER FRONDENTIS ACANTHI arbor in Aegypto, semper  
10 frondens, ut oliva, laurus; acanthos dicta, quia spinis est plena. abundat hac etiam Cercina insula.

121. VELLERAQVE VT FOLII D. T. S. apud Aethiopian, Indos et Seras sunt quidam in arboribus vermes et bombyces appellantur, qui in aranearum morem tenuissima fila deducunt, unde est sericum:  
15 cum: nam lanam arboream non possumus accipere, quae ubique procreatur. DEPECTANT decerpant; sed alii 'depectat' legunt: quod si est, 'Seres' posuit pro 'Ser', sicut 'trabes' pro 'trabs'. sic Lucanus (I 19) sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.

20 122. GERIT pro 'habet', ut alibi virginis os habitumque gerens. OCEANO PROPIOR GERIT INDIA L. haec enim habet arbores magnas, quae est iuxta Oceanum: hinc est 'extremi sinus orbis'.

123. VBI AERA 'aera arboris' nunc pro cacumine: aut aerem eum dicit, qui circa cacumen est.

25 125. NON TARDA id est strenuissima: nam litotes figura est.

126. MEDIA FERT TRISTES SVCOS 'di' sine sibilo proferenda est: graecum enim nomen est, et Media provincia est. TRISTES

4 dixitque] A. V 467 || 5 sane balsamum... arboris] cf. Isid. or. XVII 8, 14 et diff. verb. 79 || 7 Plinius] cf. n. h. XII § 111 sqq. || 9 arbor... plena] cf. Isid. or. XVII 9, 20 || 20 virginis] A. I 315 || 23 aera... cacumine] cf. Non. p. 241, 24

ebanum M || 1 hic ex hac P hinc M || 2 ebenos M || potes P || 3 lapidem] Nasci: add. H || ad v. 117 sq. haec scholia edidit Fabr. SOLIS EST TVREA VIRGA SABAEIS apud Sabaeos tus nascitur, qui, ut supra dictum est, iidem sunt et Arabici et Panchaici. ODORATO SVDANTIA LIGNO id est quorum ligna odoriferum succum referunt || 4 que... ut] modo quae uacat ut est V || ut] ut alibi vulgo || 5 sane om. P || 6 onoc A (ονοc a) hoc H || xylobalsamum] XYLO P ξύλον lignum unde Xylobalsamum Fabr. || 9 ACHANTI PHM AGANTHI V || acanthus arbor est in Aegypto vulgo || 10 achantos PHM || plena est M, est om. V || plena ἀκανθός enim spina est; nam est spinosa arbor add. Fabr. || 11 hac AP: haec VHMp || certina P circina AH in circina VM in certina p || 13 seres P Va || et] qui VM || 14 aranearum P arenearum H aranarum M || deducant M || 15 quae] quia H || 16 DEPECTANT... Araxes post orbis (in. 22) hab. libri || depectant HM || 18 subingatam V || iam b. i. a. AVHM || 22 hinc] haec P || 26 'di'] media di V || 27 TRISTES] et tristes V

SVCOS amaros, ut <I 75> tristisque lupini. TARDVMQVE SA-  
 POREM F. M. apud Medos nascitur quaedam arbor, ferens mala, quae  
 medica vocantur: quam per periphrasin ostendit, eius suppressens  
 nomen. hanc plerique citrum volunt; quod negat Apuleius in libris,  
 quos de arboribus scripsit, et docet longe aliud esse genus arboris. 5  
 'tardum' autem 'saporem' dicit vix intellegibilem, quod illi ad car-  
 nem mediam citri referunt: nam prima et interior facile suum  
 ostendit saporem. *et aliter: ('tristes') austeros, amaros. et 'tardum'*  
*gravem aut diu palato inhaerentem.*

127. FELICIS MALI secundum eos, qui dicunt citrum, fecundi: 10  
 nam haec arbor, id est citri, omni paene tempore plena est pomis,  
 quae in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore  
 sunt posita. aut certe 'felicis' salubris: nulla enim efficacior res  
 est ad venena pellenda. \*FELICIS MALI fertilis, fecundi: aut quod  
 a morte revocet.\* 15

128. SAEVAE NOVERCAE aut hae quae saevae sunt: aut epitheton  
 est omnium novercarum.

129. NON INNOXIA v. litotes, id est nocentissima. et est aug-  
 mentum, quasi parum putent venena miscere, nisi etiam magicos  
 cantus addiderint. 20

130. MEMBRIS AGIT ATRA VENENA radices, nuces, lupini, ci-  
 trum, apium prosunt contra futurum, non contra iam acceptum  
 venenum: unde etiam ante ullas alias epulas haec solebant mensis  
 apponere. apparet ergo non eum de citro loqui, cum dicit 'mem-  
 bris agit atra venena' iam data. 25

131. FACIEMQVE SIMILLIMA LAVRO figura Ciceronis, qui ait in  
 Caesarianis sed simillimum deo iudico. sane etiam haec pro-  
 bant citrum non esse: nam citri arbor et multum non potest cre-  
 scere, et multo habet folia maiora quam laurus.

132. ALIVM LATE I. O. et infinitum emittit suum odorem, et 30  
 alium.

134. FLOS AD PRIMA TENAX prime, maxime. et est nomen pro

2 apud Medos e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 19, 3 sqq. || 8 tardum gravem  
 ... inhaerentem] cf. Non. p. 410, 20 || 11 nam haec arbor ... pellenda] exscr.  
 Isid. or. XVII 7, 8 || 26 Ciceronis in Caesarianis] pro Marcello III 8

1 tristesque V || 3 medica vocantur] medicantur II || 6 uis V || 7 nam  
 om. A || 10 citrum dicunt V || fecundi PH: fecundum A fecundam M, om. V,  
 qui inter dicunt et nam haec habet felicis mali. fertilis ... reuocet || 12 in flore  
 sunt] inflorescunt V || 18 litotes] figura est add. Fabr. || 23 etiam] antiquitus  
 add. vulgo || alias om. V || 24 apponi vulgo || ergo] enim V || eum non VM  
 loqui] in praesenti add. vulgo || 25 iam data] id est iam data P || 30 et in in-  
 finitum A || et mittit A emittat P || et longe alium quam laurus vulgo || 32  
 prime APH: apprima V adprima M apprima id est vulgo

## XVI. De arboribus (e *Naturalibus quaestionibus*?) (28a-\*d)

**28a.** Serv. *georg.* 2.126 (231.1-5 Thilo)

*TARDUMQUE SAPOREM F(ELICIS) M(ALI) Apud Medos nascitur quaedam arbor, ferens mala, quae Medica vocantur: quam per periphrasin ostendit (sc. Vergilius), eius suppressens nomen. Hanc plerique<sup>1</sup> citrum volunt; quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit, et docet longe aliud esse genus arboris.*

**\*28b.** Serv. *georg.* 2.127 (231.10-4 Thilo)

*FELICIS MALI Secundum eos, qui dicunt citrum<sup>2</sup>, fecundi<sup>3</sup>... Aut certe 'felicis' salubris: nulla enim efficacior res est ad venena pellenda.*

**\*28c.** Serv. *georg.* 2.130 (231.21-5 Thilo)

*MEMBRIS AGIT ATRA VENENA Radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt<sup>4</sup> contra futurum, non contra iam acceptum venenum: unde etiam ante<sup>5</sup> ullas alias<sup>6</sup> epulas haec solebant<sup>7</sup> mensis apponere<sup>8</sup>. Apparet ergo non eum<sup>9</sup> (sc. Vergilium) de citro loqui<sup>10</sup>, cum dicit 'membris agit atra venena' iam data<sup>11</sup>.*

1-3 e radices—apponere pendet (*Grial* 350) *Isid. orig.* 17.10.10 *André - Fontaine*

**\*28d.** Serv. *georg.* 2.131 (231.26-9 Thilo)

*FACIEMQUE SIMILLIMA LAURO ... Sane etiam haec probant citrum non esse: nam citri arbor et multum non potest crescere, et multo habet folia maiora quam laurus.*

**28a-\*d.** ad totam rem vd. *Macr. Sat.* 3.19.2-5 et praef. 00

---

<sup>1</sup> plerumque *BK*

<sup>2</sup> citrum dicunt *V*: citrum *om.* *K*

<sup>3</sup> fecundum *ABE*: -dam *B<sup>pc</sup>*: *om.* *V*

<sup>4</sup> prosunt post venenum *B*, mox omissis v. unde—data

<sup>5</sup> etiam antiquitus ante *PaPc*: et apud veteres ante *Isid.*, qui mox ullas *om.*

<sup>6</sup> alias *om.* *V*: illas *Sc*

<sup>7</sup> solebat *KAGQ*

<sup>8</sup> opponere *KA<sup>ac</sup>G*: apponi *PaPc*

<sup>9</sup> apparet enim eum non *V*

<sup>10</sup> in praesenti post loqui *add.* *PaPc*

<sup>11</sup> id est iam data *PaPc*

Familiae Δ

**K** Caroliruhae, *Badische Landesbibliothek*, Aug. CLXXXVI saec. IX

Familiae Γ

**B** Bernae, *Burgerbibliothek*, 363 saec. IX

**E** In Scoriali, *Real Biblioteca*, T.II.17 saec. IX

Familiae θ

**A** Caroliruhae, *Badische Landesbibliothek*, Aug. CXVI saec. X

**G** Glasgoviae, *University Library*, Hunter. U.6.8 (290) saec. IX/X

Familiae τ

**Pa** Parisiis, *Bibliothèque Nationale de France*, lat. 7959 saec. IX

**Q** Florentiae, *Biblioteca Medicea Laurenziana*, plut. 45.14 saec. IX

**Sc** Florentiae, *Biblioteca Medicea Laurenziana*, Sanct. Cruc. 22 sin.1 saec. IX

Familiae α

**Pc** Parisiis, *Bibliothèque Nationale de France*, lat. 7961 saec. XI

Familiae σ

**V** In Civ. Vaticana, *Biblioteca Apostolica Vaticana*, lat. 3317 saec. X

AMBROSII THEODOSII MACROBII  
SATVRNALIA

APPARATV CRITICO INSTRVXIT

IN SOMNIVM  
SCIPIONIS COMMENTARIOS

SELECTA VARIETATE LECTIONIS ORNAVIT

IACOBVS WILLIS

EDITIO CORRECTIOR  
EDITIONIS SECVNDAE (MCMLXX)  
CVM ADDENDIS ET CORRIGENDIS



STVTGARDIAE ET LIPSIAE  
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCIV



AMBROSII THEODOSII MACROBII

nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quae eo mittit et hoc pomum mitti ait his verbis:

- 12 admiscet \*\*\*\* cava silicis haec nunc partim  
partim Persica, quod nomen sic denique fertur  
propterea quod qui quondam cum rege potenti, 5  
nomine Alexandro Magno, fera proelia bello  
in Persas tetulere, suo post inde reventu  
hoc genus arboris in praelatis finibus Graeis  
disseruere novos fructus mortalibus dantes.  
mollusca haec nux est nequis forte inscius erret. 10
- 13 Nux terentina dicitur quae ita mollis est ut vix attrec-  
tata frangatur. de qua in libro Favorini sic reperitur: *item*  
*quod quidam Tarentinas oves vel nuces dicunt, quae sunt te-*  
*rentinae a tereno, quod est Sabinorum lingua molle, unde Te-*  
*rentios quoque dictos putat Varro ad Libonem primo.* quam 15  
in culpam etiam Horatius potest videri incidere, qui ait et  
... molle Tarentum.
- 14 Nux pinea hos nobis qui adpositi sunt nucleos dedit.  
Plautus in Cistellaria:  
qui e nuce nucleos esse vult frangit nucem. 20
- 19 Et quia mala videmus admixta bellariis, post nuces de  
malorum generibus disserendum est. sunt de agri cultura  
scriptores qui nuces et mala sic dividunt, ut nuces dicant

3 fr. 1 Morel || 17 Hor. sat. 2. 4, 34 || 20 Curcul. 55

[NPT MBV RF] 1 ortulano T, ortolano M, hortolano b ||  
quae] qua B' | eo mittit] omittit T || 3 admisce tuaca basilicis  
NPbVRF, admisce tua calia silicis T, ac misce tua caba silicis M,  
admisce tua cava silicis B', *quid debeat esse non dispicio* || 4 sit  
B'V || 5 qui om. M | dondam N | rego P' | ponti TR || 6 fere  
TB'VRF || 7 rettulere T || 9 dentes TB'V || 12 favorini T, fabo-  
rini cett. || 13 terentinas NPRF || 14 a tereno om. T, a tenero R |  
sabinorum longa N, lingua sabinorum P | terrentius M, terren-  
tios B || 16 incedere MBF || 18 novis M | nucleos TVR, necu-  
leis M || 20 nucleos TBVr, nuculeus M | *post nucleos repetit* B  
dedit (18) — nucleos (20) | esse vult *paene evanuit in* B | frangat BV

omne pomum quod foris duro tegatur et intus habeat quod  
 esui est, malum vero quod foris habeat quod est esui et du-  
 rum intus includat. secundum hanc definitionem Persicum,  
 quod Sueius poeta superius inter nuces numerat, magis  
 5 erit inter mala numerandum.

His praemissis malorum enumeranda sunt genera, quae 2  
 Cloatius in Ordinatorum Graecorum libro quarto ita  
 diligenter enumerat: *sunt autem genera malorum: Ameri-  
 num cotonium citreum coccymelum conditivum ἐπιμηλις*  
 10 *musteum Mattianum orbiculatum † ogratianum praecox*  
*pannuceum Punicum Persicum Quirianum prosivum ru-*  
*brum Scaudianum silvestre struthium Scantianum tibur*  
*Verianum.* vides Persicum a Cloatio inter mala numera- 3  
 tum, quod nomen originis suae tenuit, licet iam dudum  
 15 nostri soli germen sit. quod autem ait idem Cloatius ci-  
 treum, et ipsum Persicum malum est secundum Vergi-  
 lium —

felicis mali quo non praestantius ullum,

et reliqua. et ut nemo dubitet haec de citreo dixisse Ver- 4  
 20 gilium, accipite quae Oppius in libro de silvestribus ar-  
 boribus dicat: *citrea item malus et Persica, altera generatur*  
*in Italia et in Media altera.* et paulo post de citreo loquens  
 ait: *est autem odoratissimum, ex quo interiectum vesti tineas*  
*necat. fertur etiam venenis contrarium, quod tritum cum*  
 25 *vino purgatione virium suarum bibentes servat. generantur*  
*autem in Perside omni tempore mala citrea. alia enim*  
*praecarpuntur, alia interim maturescunt.* vides hic et ci- 5

6ss. cf. Plin. N. H. 15, 47ss.; Isid. 17, 7, 3ss. alii || 18 Georg.  
 2. 127

[NPTMBVRF] 1 foliis M || 3 difinitionem M, diffinitionem V |  
 persicum om. M' || 4 sueuis P, suetius T, cum eius MBV || 7 gloa-  
 cius M || 9 cotonum T, cationium MR, quotionium V' | coccime-  
 lium N, coccymelium P, coccinetum T, coccimellum R || 11 panu-  
 ceum T'B'V', puniceum t || 12 scaudianum NP | struthium  
*vulg.*, strutium *codd.* | scaucianum T || 15 soli] fori B' | german B ||  
 19 de] di B' || 20 opius MV | selvestribus B' || 21 item *vulg.*, id  
 est P, idem *cell.* || 22 cytreo N, cito *corr.* citro T || 25 vino] ve-  
 neno P' || 26 omni tempore om. P' | tempore om. F

AMBROSII THEODOSII MACROBII

treum nominari et omnia signa poni quae de eo Vergilius dixit, licet nomen citrei ille non dixerit. nam et Homerus qui citreum θύον appellat, ostendit esse odoratum pomum:

θύου δ' ἀπὸ καλὸν ὀδώδει.

5

et quod ait Oppius inter vestem poni citreum, idem significat Homerus cum dicit,

εἴματα δ' ἀμφιέσσασα θυώδεα σιγαλόεντα.

hinc et Naevius poeta in bello Punico ait *citrosam vestem*.

6 Pira haec quae videmus varietas nominum numerosa 10 discernit. nam idem Cloatius sic eorum vocabula describit: *anicianum cucurbitivum cirritum cervisca calculosum Crustuminum decimanum Graeculum Lollianum Lanuvianum laureum Lateresianum myrapium Milesium murteum Naevianum orbiculatum Praecianum rubile Signinum Tul-* 15 *lianum Titianum timosum Turranianum praecox volemum mespilum serum, sementivum serum, Sextilianum serum, Tarentinum serum, Valerianum serum.*

20 Admonent nos et fici aridae ut enumeremus genera ficorum, eodem Cloatio nos de his ut de aliis instruente. 20 sic enim diversas ficos diligentiae suae more dinumerat: *Africa albula harundinea asinastra, atra palusca, Augusta bifera Carica, caldica alba nigra, Chia alba nigra, Cal-*

5 Od. ε 60 || 8 ib. ε 264 || 9 Naevii fr. 10 Morel || 10 cf. Plin. 15, 53

[NPTMBVRF] 1 in vocabulum omnia desinit codex B || 3 θύον om. T || 5 Graeca om. T | EYOY R | δ' om. MVRF | ΥΠΟ NP, ΔΠΟ MVF | ΟΔΩΔ eius (sic) N, ΔΩΔΕΙ P, ΟΔΟΔΕΙ M || 6 opius MVR || 8 Graeca om. T, post ἀμφ in ἀμφιέσσασα om. R | ei ΜΑΤΑ R | ΑΜΦΙΑCΑC M, ΑΜΦ cett. Gr. omissis R | ΕΙΩΔΕΑ M, ΕΥΟΔΕΑ V, ΕΥΩΔΕΑ F | CIPALLOENTA NP, CITALLO- ENTA F || 9 nevius codd. || 10 hominum N | numerosa om. R' || 13 crustumium R || 14 mirapium P'M, myrrapium T, miraprum R | mylesium V | musteum Pont. collato Plin. N. H. 15. 56 || 15 ne- vianum codd. || 17 serum] syrium T | sementium — 18 se- rum<sup>2</sup> om. T, sementium — 18 Tarentinum serum om. N || 17 sex- tilianum serum om. PR || 18 serum<sup>2</sup> om. F || 19 et fici aridae] in- fitiari de M || 21 ficus F || 22 asianastra F | agusta M || 23 caria M | chia — p. 215, 1 nigra primum om. T, chia — p. 215, 1 nigra alterum om. R' | calpuriana N, calpulniana P', calpurina T, chalpurnia V